

Urkunde Nr. 310 bis 319

Objektyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **68 (1913)**

PDF erstellt am: **16.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Nr. 310.

1314, 13. Oktober. Münster.

Verkauf des beim Kloster Neuenkirch gelegenen Gutes Aspe an dieses Kloster, durch Rudolph von Bern, Caplan in Münster.

Noscant omnes, quos nosse fuerit opportunum, quod ego Rūdolfus de Berna sacerdos, capellanus et prebendarius | altaris sancte Marie, in ecclesia Beronensi, de scitu et expresso consensu, honorabilium dominorum meorum — — capituli dicte Beronensi | ecclesie, vendidi legitime, religiosis mulieribus — — priorisse et conventui monasterii de Nūwenkilch, prope | Sempach ordinis sancte Marie Magdalene, bonum dicto altari meo pertinens, situm prope dictum monasterium, quod dicitur, das gut in dem Aspe, reddens annuatim octo solidos denari- orum, cum omnibus suis juribus ac pertinentiis, proprietatis | jure perpetuo possidendum, pro sedecim libris denariorum Zovingensium novorum, quas ab eis me numeratas recepisse, et | in utilitatem dicti altaris convertisse, confiteor in hiis scriptis, pro me et meis successoribus, ipsis et sibi | succedentibus promittens plenam et debitam de prefato bono praestare warandiam, quodocunque et ubicunque fieri oportebit. Nos quoque capitulum antedictum venditionem prenotatam de scitu et consensu nostro expresso factam esse | et eam nos perpetuo ratam habituros esse, presentibus confitemur, sigillo nostro pro omnium predictorum firmitate | et evidentia sigillatis. Actum Berone anno domini MCCCXIII. sabbato proximo ante Galli. Indictione XII.

Das Siegel fehlt. Orig. im Staatsarchiv Luzern, Akten Neuenkirch. Gedr. im Geschichtsfrd. V. 177. Vergl. über

Aspe die Urkunde Nr. 7 von c. 1170 und Einleitung pag. 16.
Unvollständige Copie in Cysats Formelbuch VII, 156, b.

P. X. W.

Nr. 311.

c. 1313 (nach 13. Okt. und vor 16. Dez.)

Juramentum prepositi Jacobi de Rinach.

Isti sunt articuli quos . . prepositus Beronensis Ecclesie qui pro tempore fuerit corporali coram Capitulo publice pre-
stito iura- | mento promittere debet, se fideliter seruaturum.

Primo quod jura statuta et consuetudines Ecclesie pre-
dicte edita et | edenda obseruet, et fideliter tueatur.

Iterum quod mancipia siue homines ecclesie et res seu
possessiones sine con- | sensu et voluntate capituli nullatenus
alienet, ac alienare uel distrahere seu occupare uolenti pro
uiribus se oppo- | nat.

Iterum quod non permittat uel consenciat, quod homines
nostre Ecclesie cum hominibus alterius conditionis status uel |
familie contrahant matrimonialiter, et si fecerint puniat eos
iuxta consuetudinem Ecclesie hactenus obseruatam, et pe- | nam
debitam sine consensu capituli non remittat.

Iterum quod de rebus ecclesie iuribus aut iurisdictionibus
Capitulo pertinen- | tibus de cetero nil usurpet etiam si a suis
predecessoribus aliquid contra iusticiam fuerit attemptatum.

Iterum quod de | nemoribus ecclesie uidelicet in Nudorf et
in Erlosun, et aliis omnibus siluis et linguis prope procul ue-
positis, pro se specialiter | nil eccidat uel eccidi faciat, uel ad
eccidendum alicui donet nisi de consensu Capituli Beronensis

Iterum quod mancipia | ipsius ecclesie in villa Beronensi
habitancia. uel alibi procul aut prope alicui persone ecclesiastice
uel seculari ad seruiendum | uel bellandum non concedat sine
consensu Capituli Beronensis.

Iterum quod ad sacros Ordines si in eis non est, infra
annum proxi- | mum a die sue electionis numerandum quam
cito comode fieri poterit se faciat promoueri.

Iterum quod in villa Beronensi domi- | cilium continue
habeat et residenciam faciat personalem, nisi ex causa rationabili
ad tempus alibi moram et residen- | ciam fecerit et hoc de
consensu Capituli Beronensis.

Iterum quod subditos inferioris Ecclesie ad matricem eccle-
siam videlicet | superiorem Beronensem ire cum placuerit diuina
officia audire, sacrificare et sepulturam eligere non impediatur,
sed | sine contradictione promittat, saluis statutis oblationibus
dicte inferioris ecclesie.

Iterum quod tam canonicos quam preben- | darios et officia-
tos ipsius ecclesie et unumquemque in suo iure conseruet et pro
uiribus tueatur.

Iterum quod | ordinationem in Ecclesia nostra factam circa
receptos et de cetero faciendam, et receptos ipsos iuxta tenorem
ordinationis | ipsius manuteneat et fideliter tueatur.

Iterum quod consentiat et permittat et omnem operam det,
ut omnia sta- | tuta et consuetudines Ecclesie nostre, et iura
antiqua quam cito comode fieri potest per uiros ydoneos ad
hoc per | capitulum nominandos redigantur in scripto et cum
redacta fuerint ipsa sub isto iuramento manuteneat fideliter |
et obseruet et suum sigillum apponat, una cum sigillis Capituli
et Custodis.

Iterum quod in nulla alienatione quali- | cumque, rerum uel
personarum aut iurium Ecclesie Beronensis suum sigillum sine
sigillo capituli apponere presumat. |

Iterum quod istam formam iuramenti infra mensem a die
confirmationis sue numerandum suo proprio sigillo | sigillet, et
sic sigillatam, ac cum sigillo capituli Custodi tradat, in maiori
sacristia cum thesauro Ecclesie | conseruandam, ubi sigillum
capituli reseruatur.

Dominus Jacobus de Rinach iurabit, quod absque con-
tradictione stabit iudicio et diffinitioni trium de Capitulo |
residentium in loco videlicet Jacobi de Būthinkon custodis,
H. de Rinach et R. de Liebegga et si aliquis ex hiis decesserit,
| uel recesserit cum domicilio superstites eligant alium infra

octo dies cuius iudicio stare debet super omnibus | litibus et controuersiis motis seu mouendis inter Ecclesiam nostram et eum aut fratres suos Berchtholdum et Arnoldum | aliosque suos consanguineos et affines.

Iterum dominus Berchtholdus jurabit et Arnoldus per se uidelicet, quod de omnibus litibus et controuersiis inter ipsos et Ecclesiam | uel homines eorum et nostros motis et mouendis super quibuscunque rebus iuribus et actionibus stabunt diffinitioni dictorum | trium.

Copie: Liber crinitus. fol. 39 b. — Vgl. Segesser, Rechtsgeschichte II, 854—855, vide ferner über Jakob von Rinach: Argouia XXI. 14—27. W.

312.

1313, 16. December, Münster.

Erklärung des Propstes, daß vom Weine in Auggen 8 Saum dem Pfarrverweser und nur ein allfälliger Ueberschuß dem Propste gehören soll.

Nos Jacobus de Rinach, prepositus Ecclesie Beronensis, fupet vino nobis de Ovghein annuatim debito recognoscimus in hiis scriptis. Quod de vino ibidem annis singulis nascituro prebenda vicarii est, ante omnia deducenda. De residuo autem quod fuerit nobis octo saume vel minus si non tantum residuum fuerit exoluantur, et nos illo residuo quantumcunque fuerit debemus contentari, et si nichil esse residuum, Canonici nostri Beronenses nequaquam ad soluendum nobis vel emendum aliquid sunt cogendi. Propter hoc sigillum nostrum presentibus appendentes. Datum Berone anno domini M^o CCC^o XIII^o, XVII. Kalendas Januarii.

Liber crinitus fol. 26.

Nr. 313.

1314, 29. Jänner, Münster.

Beschluß betreffend Verteilung der Einkünfte von der obern und untern Mühle zu Münster unter die Chorherren, behufs Hebung des Gottesdienstes.

Nos Jacobus de Rynach Prepositus et Capitulum ecclesie Beronensis, statuimus et ordinamus, | ad honorem huius ecclesie, et diuini cultus augmentum in ea, ut omnes proventus et singuli proventuri | de Molendinis nostris superiori et inferiori, apud Beronam diuidantur, ad viginti quatuor | festa infra scripta, inter canonicos, qui eorundem festorum primis, vesperis, et missis ac processionibus | que fieri consueuerunt in ipsis, interfuerint, ut est moris. In festo natiuitatis domini, Epiphanie | Purificationis sancte Marie, et aliis tribus festis eius, diei qui dicitur ad cineres, diei | Palmarum, vigilie pasche ad benedictionem cerei, et ad fontem processioni, similiter in | vigilia Penthecostes, diei pasche, diei Penthecostes, et ascensionis, et eiusdem vigilia, | processioni, que tunc fieri consueuit ad inferiorem ecclesiam, et ad campos, processioni, santi | Marchi, duobus festis Michahelis, Et huius ecclesie dedicatione. Omnium sanctorum, undecim | milium virginum, duobus festis sancte crucis, Placidi, et Sygberti, ac Panchracij, | Et collectio et distributio istorum fructuum committantur uni honesto viro, qui eos, secundum | modum hic expressum, quanto equalius et ordinatius potest, diuidat omni anno. Et quotiens | a canonicis residentibus interpellatus fuerit de hiis faciat rationem. Et quolibet dierum predictorum | quando per cappatos ministrari et imponi consueuit, utrique sic imponentium, uel uni, si | solus imponit, quatuor denariorum de predictis bonis primiciis diuidantur, uel portioni sue, si canonicus | est, addantur. Ad idem cedere uolumus, omnes fructus bonorum in Núdorf, que peruenerunt | ad ecclesiam, ex morte quondam domine Adelhedis de Rynach, bonorum quoque in Swarzenbach, cum eos plenos ad nos peruenire continget. Actum Berone. Anno domini m^occc^oxiii^o, iiij^o Kalendas Februarij Indictione xij.

Copie: Liber crinitus fol. 39.

Vergleiche Segesser, Rechtsgeschichte II, 848—850 mit irrigem Datum. W.

Nr. 314.

1314, 23. März, Luzern.

Mathias von Buocheegg, Propst zu Luzern, bezeugt den Verkauf des in der Pfarrei Inwil gelegenen Hofes Oberhofen durch Johann von Wissenwegen von Luzern an das Frauenkloster Eschenbach. Zeuge: Magister Nicolaus de Malters, Canonicus Beronensis u. a.

Archiv Eschenbach. Geschichtsfrd. X, 113—114.

Nr. 315.

1314, 24. März, Münster.

Erblehenbrief des Propstes für das von Hedwig von Wilevergabe Gut zu Wile.

Jacobus de Rynach, prepositus ac Capitulum ecclesie Beronensis, vniuersis presentium inspectoribus, | seu auditoribus noticiam subscriptorum. Constituta coram nobis Hedwigis dicte de Wile, ancilla | ecclesie nostre, per manum et auctoritate Henrici de Blafenberg, tutoris sui, bona sua sita | in Wile: que emit ab Henrico dicto Humbel, proprietatis iure sibi pertinentia nobis | ad Cameram ecclesie nostre, quoad proprietatem, donavit libere et expresse, et ipsa bona | recepit a Camera nostra predicta in Emphytheosim, sub annuo censu unius denarii possidenda. | Insuper omnia bona sua mobilia et immobilia et se mouentia, que tempore mortis sue in | dominio suo contigerit reperire, et specialiter bona predicta de uoluntate nostra et scitu et | dicti Curatoris sui auctoritate legauit Hugoni, filio suo naturali, sub eisdem iure et censu | post suum decessum libere possidenda Camerarius quoque noster dominus Henricus de Rynach, | canonicus Beronensis, prefatum Hugonem de bonis eisdem iuxta morem ecclesie nostre sollempniter | inuestiuit. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appositum. Datum Berone, | anno domini M^oCCC^oXIII. Nono Kalendas Aprilis, Indictione XII^o.

Das Siegel ist abgefallen.

Nr. 316.

1314, 11. Mai.

Testament des Konstanzer Domherrn Ulrich von Richenthal zu Gunsten zahlreicher Kirchen und Klöster in der Diöcese, seiner Freunde und Verwandten u. a.

Kloster Engelberg 5 Pfd. neue Zofinger,

St. Katharina (bei Eschenbach) und Rathusen 2 Pfd. Zofinger,

St. Maria (Frauenthal ?) 2 Pfd. 8 ß.

Ebersecken 4 Pfd.

Der Kirche Sursee Haus und Garten in Sursee. Der Kirche in Richenthal 10 Pfd. zum Bau des Glockenthurmes. Er stiftet Jahrzeiten aus den Gefällen seiner Chorherren Pfründen in Zürich, Beromünster und Zofingen und ernennt als Testaments-executoren hiefür u. a. Meister Ulrich Wolflaipsch Custos und Meister Conrad von Ertzingen in Zürich, und den jüngern Herrn von Wartenfels Chorherrn in Zofingen, den Propst von Münster und den Dekan in Grenchen.

Karlsruher Copialbuch 307.

Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins 1899, N. F. XIV, 24—27.

Nr. 317.

1314, 15 Mai, Münster.

Wernher von Liebegg bekennt die ans Stift vergabte Wiese bei Snartwile und die Wiese beim Schloß Liebegg als Zinslehen wieder empfangen zu haben.

Nouerint omnes, quos noffe fuerit oportunum, quod ego Wernherus de Liebegge, junior, compos mentis et | corporis, donauit libere et expresse ecclesie Beronenfi pratum meum apud Snartwile, et agrum meum prope | castrum in Liebegge, quem emi a — — dotario in Grenchon, que duo in iure proprietatis pertinebant, et | ipsam proprietatem dicte ecclesie tradidi; ipsaque bona ab eadem ecclesia in Emphytheosim recepi pro

me meisque | heredibus perpetuo possidenda — sub annuo censu — unius solidi in vigilia Luce cellario persoluenda. Ita tamen quod candelae super coronam, que ad certa festa in ipsa ecclesia accendi consueverunt in choro, semper in eadem | ecclesia in predictae vigiliae vespera et festi sequentis missa ardeant in futurum, ad quod faciendum — — prepositus | et capitulum dicte ecclesie se sollemniter obligarunt. Datum Berone sub sigillo meo propter hoc hiis appenso | anno domini M^oCCC^oXIII. Idus Maii, Indictione XII.

Das kleine Rundsiegel hängt beschädigt.

Nr. 318.

1314, 1. Juni.

Stiftung der Kaplanei St. Andreas durch Chorherr Nikolaus von Malters.

In nomine domini amen. Que ad diuini nominis gloriam ordinantur rata debent et inconcussa persistere. Quapropter, ne labantur cum tempore consuetum est ea perpetuari testimonio litterarum. Nouerint igitur vniuersi, quod ego Magister Nicolaus de Malters, canonicus ecclesie Beronensis, Constantiensis dyocesis, compos mentis et corporis, ob salutem anime mee parentumque meorum, altare in dicta Beronensi ecclesia de nouo construxi in angulo exteriori prope secretarium in honorem sanctorum Andree apostoli, Nicolai, Pantaleonis, atque Judoci dedicatum. Ipsumque altare dotaui bonis meis, seu possessionibus, infra-scriptis. Donaui enim eidem altari domum meam cum horreo, spicario, area et pertinentiis, domum etiam quondam D. ministri de Jegildorf, sitas in villa Beronensi. Item possessiones meas in Schongü, quas colit — — dictus Leidgast, reddentes annuatim quinque modios tritici. Item possessiones sitas in dem Tüfen, quas emi a domino Wernhero de Rinach, reddentes singulis annis decem et octo quartalia spelte et quindecim solidos denariorum. Bona etiam in Schongü empta a prefato D. ministro, post mortem Margarete de Capella, cognate mee, libere possidenda, que reddunt duo maltera spelte et auene

equaliter. Item aream ante domum meam sitam, contiguam domui Petri de Saffaton. Item ortum dictum Bunde situm in dem Brünunge, retro domum Bechlerie. Hoc itaque altare sic a me constructum atque dotatum, ego Nicolaus fundator antedictus per me conferri volo pro tempore vite mee persone ydonee, et nunc et quotienscumque contigerit hoc vacare. Post decessum vero meum per prepositum, qui pro tempore fuerit et maiorem partem numero canonicorum ipsius ecclesie presentium conferatur persone tali que scientie ad hoc competentis, conuersationis honeste, tanteque existat etatis, quod uel sacerdos sit vel infra annum eundem possit et debeat in sacerdotem omni contradictione vel excusatione post posita promoueri. Prebendarius autem dicti altaris ad perpetuam in ipsa Ecclesia seu villa residenciam teneatur et in choro ipsius Ecclesie horis omnibus canonicis interesse aliisque diuinis officiis diurnis, pariter et nocturnis, ad que omnia sicut alii eiusdem Ecclesie prebendarii iuramento corporaliter prestito se astringat propter quod etiam a communi dominorum cellarario medium staupum vini cottidie sicut alii prebendarii et consueta chori recipit portiones nec alicubi vel quomodolibet euagetur nisi prout aliis suis comprehendariis est permiffum. Dicat autem qualibet septimana tres missas ad minus, vnā pro defunctis, aliam de beata virgine, terciam de patronis diebus quibus sibi videbitur expedire, in quibus mei memoriam ac parentum meorum faciat specialem. In horum omnium euidenciam Sigillum meum presentibus est appensum.

Nos quoque Jacobus de Rinach, prepositus, et capitulum ante notati, quia hec omnia de scitu nostro et voluntate gesta sunt et specialiter ad concessionem prenotati medii staupi vini cottidie et consuetarum chori nostri distributionem sicut aliis ipsi prebendario faciendam, sigilla uidelicet nostri prepositi et capituli vna cum sigillo dicti fundatoris huic apponi fecimus instrumento. Datum Berone anno domini M^oCCC^oXIII^o., Calendis Junii, Indictione XII^o.

Liber Crinitus 34 und 39, b. Liber Capellanorum 41, fol. 10.

Vergl. das irrige Datum bei Bölsterlin im Geschichtsfrd. XXV, 300 mit den falschen Citaten.

Uebersetzung in Riedweg, Stift Münster 247—248.

Nr. 319.

1314, 11. September, Münster.

Propst Jakob von Rinach weist Einkünfte von Kerns, Huben und Ludligen für die Jahrzeitstiftung Ulrichs von Arburg an.

Jacobus de Rinach, prepositus Ecclesie Beronenfis, Constantiensis dioecesis, vniuersis presentium inspectoribus, seu auditoribus noticiam subscriptorum. Cum honorandus dominus Volricus quondam de Arburg, canonicus dicte nostre ecclesie domum prepositure nostre de consensu honorandi R. quondam de Froburg prepositi dicte Ecclesie, predecessoris nostri, propriis sumptibus reedificauerit, eo pacto, ut sexaginta libre denariorum estimate pro reedificatione predicta per aliquem ex suis successoribus in prepositura prefata in usus dicte Ecclesie nostre conuertentur pro ipsius ibidem anniuersario celebrando, qui videlicet eius successor domum vellet redimere supradictam, sicut in instrumento super hiis confecto plenius continetur: Nos ad eandem preposituram diuina dispositione vocati, prefatam domum pro nobis, nostrisque successoribus de bonis prepositure redimere et rehabere seu retinere volentes, de consensu capituli nostri bonorumque virorum consilio bona nostra infra scripta nobis pertinentia ad anniuersarium ipsius domini Uolrici celebrandum donauimus et presentibus assignamus, videlicet apud Kerns decimam nostram, reddentem triginta solidos, apud Habon de curti vna libros decem et apud Ludingen decem solidos ad ipsius anniuersarii celebrationem iuxta prefati domini Uolrici ordinationem perpetuo seruitura. Renunciantes pro nobis, nostrisque successoribus omnibus omni iuris auxilio, scripti et non scripti per quod dicta donatio pro vtilitate prepositure facta possit aliquatenus irritari. Liceat etiam nobis, nostrisque successoribus uniuersis prefata bona ad preposituram

ipfam pro sexaginta libris redimere supradictis in vfus dicte ecclesie ad celebrationem prenotati anniuersarii conuertendis. In horum euidentiam sigilla, videlicet noſtrum et capituli preſentibus ſunt appenſa. Datum Berone anno domini M^oCCC^oXIII^o, feria quarta poſt natiuitatem ſancte Marie. Indictione XII^o. Liber crinitus fol. 25 b—26. Argovia, 29, 90—91.

Nr. 320.

1318, 17. Mai, Conſtanz.

Der Biſchöfliche Conſtanzische Generalvikar genehmigt die durch Abgeordnete der Gotteshäuser Eſchenbach und Beromünſter getroffene Grenz- und Zehntbereinigung der beiden Kirchſpiele Eſchenbach und Hochdorf.

Nouerint uniuersi quorum interest uel intererit in futurum quod conuenientes in Ecclesia Obern Eſchibach, Cuonradus Rector ejusdem, nomine ſui et Ecclesie ſue ex una, et Magiſtri | dominique. Nicolaus von Malters. Wandellerius Rector Ecclesie in Eſcholzmatte, et Rvodalphus de Liebegge Canonici Ecclesie Beronensis, nomine — Prepoſiti, et — Cæpituli ejusdem | Ecclesie Beronensis, et nomine Ecclesie in Hochdorf, eidem capitulo in temporalibus applicate ex parte altera, ad tractandum compositionem amicabilem et finalem ſuper discordiis motis inter eos | pro noualibus et limitibus Ecclesiarum dictarum, decreuerunt decimas poſſeſſionum, ex quibus materia litis hæctenus orta eſt et oriri poſſet in poſterum ad inuicem permutare. et decreuerunt ſimiliter Ec- | clesiarum limites aliquos, ex quibus hæctenus materia litis eſt orta et oriri poſſet in poſterum, declarare et ſpecificare nominibus vulgo notis expreſſos, et comiſſerunt quinque uiris diſcretis, | Wernhero de Liebegge, tamquam communi medie perſone. Waltero dicto Waldiſpuel, Volrico de Geriſhag, ex parte Ecclesie in Obern Eſchibach. Chuonrado dicto Negelli, et Volrico de Brün- | lon, ex parte Ecclesie in Hochdorf, aſſumptis, eſtimationem et taxationem redituum pariter permutandorum, et preſignationem limitum dictas inter Eccleſias declarandorum. Et hij